

Jacob Sebastian Lauremberg

**Jacob. Sebastian Lauremberg, Pandectarum Professor, & Serenissimorum
Ducum Mecklenburgicorum, Consistorii Provincialis Assessor, Omnes, Bonarum
literarum, & iuris, legumq[ue] cupidos, Nuperorumq[ue] luxu, & scurrilitate
intaminatos Bacchanaliorum, Perendini, qui erit XXVI. labentis Mensis, Hora
decima, in Collegio ICtorum, ad se benivole, favorabiliterq[ue] auscultandum,
etiam atq[ue] etiam officiose invitat**

Rostochi[i]: Kilius, 1667

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735663424>

Druck Freier  Zugang



3
102

JACOB. SEBASTIAN
LAUREMBERG,

Pandectarum Professor,

&

SERENISSIMORUM DUCUM

MECKLENBURGICORUM,

Consistorii Provincialis Assessor,

Omnes,

Bonarum literarum, & juris, le-
gumq; cupidos, Nuperorumq;
luxu, & scurrilitate intaminatos

BACCHANA-
LIORUM,

Perendini, qui erit XXVI. labentis Mensis,

Horā decimā, in Collegio JCtorum,


ad se

benivolē, favorabiliterq;

auscultandum,

etiam atq; etiam officiosē

invitat.



ROSTOCHI, Typis JOHANNIS KILLI, AC. Typ cl Isc LXVII.



LECTORES PROPITII, ET FAVENTES.



Opse illo præterito Martis, qui pravis, corruptisq; Seculi moribus, & profanâ licentia, ad genium curandum molliter, ad instruendas, dampsiè epulationes, solemnis erat, & quasi decretorius, ego Suggestum Academicum concendere, & indicidem, (et si non nescius miraturos multos, quæ intempestiva mihi incessisset sedulitas, aut officii religio)

concionari omnino constitueram ; At enim verò dictionem causæ, propositiç; anxiā neq; suscepisse tum , neq; perorafsem, cum haud operæ precium, eò minus necessitatis fore existimarem: Recogitabā enim ingenuum me, & imperio domini privati, Patrisvè solutum sacris, & velle credi debere (l. IV. de R. Juris) & destinationem consummare potuisse , nisi aliter D E O visum fuisset, quippe *Liberitas* inestimabilis, & quæ omnibus anteit projecto rebus , (finitore *Tribonianus magno*) est naturalis facultas, ejus, quod cuiq; quo cunq; tempore, quo cunq; loco, quo cunq; in re, quo cunq; modo, facere libet , nisi, si quid VI, aut JURE prohibetur; cuius exercitium, honesta quævis, quando cunq; ad mihi commissam spectantia spartam, cum SERENISSIMUS DUX CHRISTIANUS LUDOVICUS, MECKLENBURGICUS DN. meis Clementissimus, Sacris Principaliū codicillorū Oraculis firmaverit, ne quicquā subcincto

IV X 3d, dō qv T. A. n. 1. annal. 1497. dno corum

corum maximè venerabili autoritate convenire rebar, aut ad
degeneris, & stolidæ expurgationis confugere latibula, aut im-
petrandæ subire veniæ grande de decus; Accedebat præterea,
qvod ante lustra tria, & annos totidem, qvando recens inaugu-
ratus Professor novus, universum *Orbem Bacchantem* Oratione
repræsentabam, à multis (dixerim præfiscinè) etiam summi
subselli Viris faventer, & non sine plausu fuerim auditus, ces-
seritq; illa supra votum & spem, atq; exspectationem decla-
matio; Inde ubi recurrebat annitotiens versi periodus, ante-
actorum quasi postliminiò, in mentem veniebat, eandemq; jace-
re aleam atq; ex periclitari, nec inconveniens, nec absurdum
ad eò videbatur; Evidem nostrorum temporum pietas, &
verecundia, publicos moriones, qvorum lasciviâ, (qvod fa-
ctum, nec ipsi dememinimus) Saturnaliorum feriaticis genti-
libus, in viis ambulantes, locisq; propatulis, plurisariam in-
quietabantur feliciter explosit; Verumen imverò adhuc oc-
cultorum turba tenebrionum, bipedum, qvotq; sub Sole
degunt, Scelestissimorum, nauci nihilq; hominum, & Vappæ,
improbi intestabilesq; trifurciferi, non tantum Decembri, (ut
delirabatur antiquitus) sed anno universo, atatemq; B A C-
CHANALIA plusq; vnam cerita, in *Aulis* instituunt, & celebrant,
sepeq; Heroes inclutos, egregii publici subsidia, munimenta,
decora, fulcra, columnæ, vel palam impudentissimæ linguæ
plectro, rabide allatrant, vel clam, fædissimis adulatoriisq; de-
lationibus per cuniculos subruunt; His fenestram aperuisse
ad malitiam aut omnem, aut aliquam, crediderim, date
exequenda fidem ex nigrâ hac *Tabula* candidè ad severanti, non
esse commentitium, sed germanum Viri nomen (SYLVESTRUM
TELIUM FULGINATEM; Certè veri delicti, aut quasi expers
esse nequit, qvi, bovem cornupetam, aut elephantum barritu
formidabilem, caveâ emissos suâ, aut stabulo, ibi habet, qua-
vulgo iter fit; cum utrumvis animalium genitali feritate mo-
tum.

tum pauperiem facere possit, ita qvi noxia scripta, unius regni
conclusa finibus, idiomatisve arctata involucris, replicant, &
vulgo oppidatim, vicatimq; exhibent, ut bestiarii quadrupedes
solent, non possunt non latæ culpæ esse Rei; Pro tali ego ha-
beo TELIUM FULGINATEM, cui cum destinato, die præte-
rito Martis, sequiori impeditus valetudine non potuerim, illâ,
quæ crastinam excipiet, aut sequetur, si VOLET DEUS, Sche-
ma, & Larvam detrahau, & proæmiali declamatiuncula (qui
hactenus mos fuit meus) effectum lepide dabo, ut nativa con-
spiciatur istiusce hominis facies, discipulorumq;, qvi è ludo
eius & Academia, tanquam ex eqvo Trojano prodierunt, ge-
nius & mores &

... ... quid distent æra lupinis
quid Agamemnon à Thersyte, Heros à Scurra,
& diabolari nebulone, prompte animadvertisatur.
De Cœtero, ne nescii sitis Studiose ornatissimi, tectissimi,
quid imposterum sim propositurus, significo, non teme-
rè, nec sine causa, sed consulto, aliquot mensium Prælecti-
onibus publicis me dissertaturum de JURE DETRACTI-
ONIS, qvod nos Alemanni appellamus, Abzug / Nachschoß/
Nachsteuer / adeoq; cum vel saltem qvoad Originem primoge-
niam, hæc Falcidiæ, aut forte rectius, decimæ species ad clas-
sem Regalium sit referenda, non de his tantum, sed & aliis Juris
publici articulis, prout res & occasio tulerit, sermocinatu-
rum. Convenite qvæso & perendini ad me auscultandum
freqventes, eaq; qvâ soletis corona, atque numero, & impo-
sterum qvoq; copiam vestri docturo facite honorificam,
atq; ita Juris privati studio, publici scientiam, felici gratissi-
moq;, (qvo nimiopere jungi gestiunt,) contubernio,
vestro commodo, & usufructu, copulate. Da-
bam è Museo meo 23. Februarii 1667.

• 6: (0): 8 •

nec hominis ratio capit. Utiaut
 Israelicum liberavit & a trucule
 Duce Goliath, qui exprobavit
 vocavitque in contumeliam gen-
 re secum iniret certamen, victori
 Christ⁹, cum Sathanā, peccato &
 iit acerbum, victoriamque, trop
 vino suo obtinuit brachio. Et q
 uestioso certamine Davidis, secu
 um & victoria devenit ad populu
 surrectione Christi, totus mund
 um & victoriam consecutus est.
 & victoriā Davidis proveniens ei
 stes duntaxat terreni erant debel
 ex bello & triumpho Salvatoris n
 iversalis, quā totum genus huma
 vit autem ipsum Sathanam cum
 stra & munimenta infernalis ar
 tum pessundedit, & morti sim
 certi sumus pro omnibus nostris
 se satisfactum; Diaboli, & totius
 potentiam quassatam & enervat
 venenatum ademutum; hinc vi
 clamat: *Ego sum resurrectio &*
iam si mortuus fuerit, vives! Ille
 vina sua potentia, non autem a
 te causā, corpus suum in terra se
 pulcrum arctissimè munitum fi
 tangendum, ossaque sua contre
 hibuit, nobisque omnibus spe
 licet animus a corpore nostro o
 putredine manere haud debeat



opulum.
 ilistinorū
 rael, pro-
 li singula-
 est: Ita
 amen sub-
 mphos di-
 um ex vi-
 as, gaudi-
 Ita ex re-
 m, gaudi-
 certamine:
 iris, & ho-
 rus autem
 ens, est uni-
 t, profliga-
 nine, clau-
 vit, pecca-
 sit. Hinc
 enissimè es-
 diabolicæ,
 triaculeum
 mphans ex-
 dit in me, et-
 io, qvia di-
 us acceden-
 tscitavit; se-
 ciendum &
 pulis suis ex-
 fecit, qvod,
 ud tamen in-
 us resuscite-
 tur.